Iuxta hec ergo notanda sunt quatuor p/ cipua documenta. **P**rimū qno est sim/ plicer necessaria contrito et absolute de pctrī venialibz sicut necessaria est de mor talibus. Sed tm pfectiois est vt veniali/ lia tollantur in hac vita v/dimittantur. Et ostendit fm Tho. vbi s. tali ratione int' ce/ tera. quia ppter sola peccata venialia hō non incurrit damnationē perpetuā. nec per ea tollit amicitia dei. q se quis q si qdū non sit specialiter pctrī de venialibz t sic de/ cedit saluus erit: licet p ignem. vt dic glo. sup. i. Lop. iiij. **S**ed si dī. Ego velle sal/ uari sine igne. Ideo **S**cōm documentū ad id est. q ad tollendum pctrī veniale in p/ senti vt quis possit transire sine igne pur/ gationis: requirif displicentia pctrī. Ratio fm eundē Tho. ibide. q. qdū fū/ ta manet voluntas nō dimittit pctrī etiā veniale vt dictū est. Sed voluntatē rema/ bere a peccato quod prius volebat est di/ splicere ipsi quod voluit. Et talis displicē/ tia qn est gratia informata dī dolor contri/ tions. Ideoq veniale in psentī sine aliquā pctrī non defit. qdū non sit damna/ bilitate. **S**ed posset queri qualis pctrī re/ gratur ad ea. **T**erciu ergo documentū est q ad tollendum peccati veniale nō re/ quirif necessario distincta recognitatio in/ griculari de uno quoq: sicut requirif ad

mortalia delenda. sed sufficit explicita cō/ trito in generali de omnibz venialibus. vel saltem pctrī implicita. qn se in vtrū te acutus quem hō agit sequeret displi/ cēta explicita pctrī venialis si cogitatio ad illud ferret. q tale em actū dimitti possunt venialia reputa p generale confessionē: per a que bñdicte asplicēt p epalem benedi/ ctionem: per deuotā orationē dñicā. thū iusmodi. **H**ec ex Thoma. **Q**uartū do/ cumentū est q ad tollendum pctrī veniale non reqrit necessari. ppositum cauedi sin/ gula in futurz: sicut hoc requirif ad tollen/ dum mortalia. sed sufficit ppositū minuen/ di p posse et aliqua cauedi specialiter que/ essent occasioes alio p. O gho obfua hec.

C Circa tertium de oblito/ rum peccato p inquisitio. p regula gene/ rali tenendū est q quilibet peccator adhi/ bere omnem diligentiam tenet vt de om/ nibz oblitis mortalibz recordetur. ali/ oquin de eis non excusat. quia ignoran/ cia vñlupina non excusat. vt patet etiā p Aug. xxix. q. vij. **Q**uoadmodū. **V**nde nota documenta. **P**rimū. Si queris g. Quanta diligentia in hmōi in qsitionē req/ rit. Rādet Scōtus in. iij. dist. xvij. q. tan/ tam debet homo adhibere diligentia iu/ xta possibilatē fragilitatis huane qn/ tam quis adhiberet circa quo dcūq multum arduum. Ideo Aug. dicit. **L**ū gau/ dio debet facere immortalis futurus qnun/ q faceret p differenda morte moriturus. Hec ille. **S**cōm q bonū est vt pctrī re/ gistrat secreto sua pctrī v/lapill' aut puctu/ ris nueret. v/lalio mō ne obliuiscat. **T**er/ ciū documentū q de oblitū de qbz etiā nul/ lo mo pot hō recordari velse re se peccasse/ deber pteri in generali vt dictū est de veni/ alibz. **Q**uartū q qnūq etiā post pfecti/ onē facta pctrī morale oblitū ad memo/ riā reuocat: de eo specialiter hō pteri et cōf/ teri tenet. Plura ser. xxvij. p totū. **R** Exemplū finale legi S. Spe. ex. dist. ix. ex. cxvij. q duo scolares intrauerūt clausūz. vñ segni se ages i recognitōne et emēda/ tiōe pctrī et confessionē ac alijs rē. **L**epta/ tus a diabolo victus est vt ad seculū redi/ ret. Quod socio suo manifestauit. Illeg.

no diligētia
recta memoriā
pacta ut mō con/
firmit



Feria. III. post dominicā. III.

Dixit eidem Veniamus ambo ante alta/ re reginis et eam salutemus, et sic tandem re/ cedas si non vis manere. Iste autem socius su/ us feruens erat deplorans sepe in recorda/ tione peccata sua oia. Orantibus illis videt in spū ille temptatus brac̄ Maria palio suo lacrimas locū sui illi flentis colligen/ tem et filio Christo iesu offerente. dicit. O dulcis/ simus fili has lacrimas seruit cui suscepit et quod petit dedit. Christus redit. Fiat ma/ ter charissima ut vis. Tunc ille reprobans paci/ dens ad pedes huius fratris dicit. Hodie me/ ritis lacrimas tuas sum liberatus. Ser/ uiamus gloriam feruentis beatę virginis, et sic p/ severauimus. Ex hoc et nos sperare possumus/ quod feruentur et lacrimose de peccatis nian/ agimus; beata Maria offeret christo et. Rogemus ergo tecum.

Feria quarta post dominicam. ijij. Sermo p/ r. sex de sc̄te confessionis veritate et purita/ te ac charitate.

Quod dunt de ore de corde exēt et ea coinqnāt hoiez Math. xv. et in euāgeliō hodiernō. Herba sunt noſtri ſaluatoris qui in hoc euāgeliō re/ darguit iudeos qui de ſuis traditiōibus plus curabant ſeruare quod de diuinis p̄ce/ ptis, et intendebat falſe hypocriti et ſimula/ tionē. Nam ad hoc quod eſſent in reverentia in populo ostendebant ſanctitatem in verbis et exteriori auerſatiōe, et mūdicia in manu um ablutioibꝫ cum manducarent; in ob/ latiōibus quod faciēdī doceat quod offerrat hoiez in templū ſacerdotibꝫ munera quod de/ berent exhibere in parentes et hīmōi ſub p/ textu diuinū cultū inducendo: cū tñ eſſent hypocriti et intentione ac auaricia corru/ pri. Et Ihesus dñs eos redarguit ut doce/ ret redarguedos multos etia xpianos ho/ mines quod male ſimulant ſepe ſanctitatem in opibꝫ bonis, et quod peius eſt etiam in co/ ffeſſione p̄torum. Et ſic verificat in talibus hoc verbum p̄fici in themate, quod verba illorū quod pcedunt de ore: de corde, et malo ex/ cunt, et ſic ea coinqnāt hoiem potius quod mū/ dent tali ſicta coſfeſſione. Itaq; de coſfeſſione

sione oris sanctissima tria myſteria decla/ remus in hoc ſermone.

Primum de ſancta oris veritate.

Secundū de ſancta cordis puritate

Terciū de ſctā amoris charitate.

S Circa primum de ſancta veritate pſeſſione in ore Notandū eſt quod hec eſt vna potiſſima qđitio correqſita ad coſfeſſionis ſanctitatem quod ſit veritate plena ſi ne omni mendacio. Queris ḡ. Utrumq; aliq; cauſa ſaltē humiliatiſ ſit eſt alicui falſum dicere vel mētiri in coſfeſſione oris. Ad hoc r̄pōdef fm Alexan. p̄c. iij. et Rich. iij. dī. xxi. ac alios theologos et canoniftas q; nech humiliatiſ nec deuotionis vel alterius cauſa mentiendū eſt in coſfeſſione. Et hoc p̄bas tripliciter.

Primum ex autoritate canonica.

Sedo ex ratione theoloſica.

Tercio ex similitudine cuiuslibet.

Primo ex autoritate. q; xxi. q. ii. c. Lū hu/ militariſ Aug. dicit ſic. Cum humiliatiſ cauſa mētiriſ: ſi nō eras p̄tor et antechi mēti/ tiriſ: mentiendo p̄tor efficeris. Hec et plura ibi. Et cauſa bieuitatiſ ſufficiat.

Secundo p̄bas rōne theoloſica. quia fm theoloſos qui in coſfeſſione mentiuntur mortaliter peccat. Et duplī fm Richar/ s. Cum q; pſciā ſuam ſacerdoti non veſt/ re manifestat, et ſic p̄cepto coſfeſſoriſ eſt in/ obedienſ: occultando pſcie veritatē. Tū q; mentiſ: qd ſine aliq; p̄to eſſe nō poſteſt. ut dicit mḡ ea. dicit. Sed dices.

Nunq; ḡ omne mendaciū dictū in coſfeſſione ſit p̄ctū mortale. R̄ndeſ frater An/ gelus in ſuā. q; non ſed ſolū illud mēda/ ciū eſt mortale qd eſt p̄nicioſum. ſic men/ tiri etra famā ſuam p̄pia vñ alterius. aut/ eotra id quod neceſſario deberet coſteri. Vñ ſi taceret vel negaret aliq; peccatiſ mortale qd fecit et de quo non eſt coſfeſſius legitime peccaret mortaliter. Hoc tñ exce/ pto qd ſi qd forte timeret, p̄babilitet de re/ uelatione coſfeſſionis, vel qd ſollicitaret euꝫ ad malum talis coſfeſſor, nec poſſet aliū ha/ bere coſfeſſorem. In tali caſu tacens vñne/ gans mendaciter; non peccaret mortaliter, ſed venialiter, ut claret ex caplo. Primum ē. xxi. q. ii. ac notatis ibidem in glo. Vñ

tamē talis in hīmōi casu melius ficeret cū verbis palliatis utendo taliter q̄ mendā cū nō dicat. Hec in angelica. Tertio p̄ bafūlitudine ciuitica. q̄ fm̄ leges nō tñ modo ciuiles; sed etiā omnes alias nemini licet ferrefalsū testimoniuū contra p̄imū in quocūq̄ iudicio. als punis falsus testis ut pat̄. ff. de testib. A simili. Si fortius nō licet contra se ferrefalsū testimoniuū alii cui in iudicio sc̄ientie. Unū t̄ dicit Auḡ p̄mo de ciuita. dei. ca. xx. Testimonij in/ qui falli nō minus reus est qui de seipso falsum fatēt̄ si aduersus p̄imū hoc fa/ ceret. Hec ille. Et sic patet q̄ fessio deb̄ esse sancta in ore absq; omni mendacio. Sed di. Tamē Grego. di. v. Ad eius. di/ cit. q̄ bonaz mentiū est agnoscere culpas vbi culpa non est. q̄ cur nō lieeat p̄fiteri se culpabilē in quo nō peccat. Rñdetur fm̄ Richar. sup̄. q̄ agnoscere ibi intelligendū ē p̄ formidare ne forte defecerit in aliquo ex presua: als hoc esset errātis et nō bone mentis cognoscere peccasse se in eo in quo nō peccauit. Q̄ p̄t̄or veraciter cōstitere.

A Circa secundū de sancta puritate fessiōis notandū q̄ hec ē secūda p̄ditio postissima kez sancte fessiōis ut sit pura in cordis intērōe: h̄ ē vt fiat pu/ re ppter amoē dei. vt̄ deo satisfaciat quē offendit. et etiā ecclie reconcilie. vt̄ q̄ pec/ catis suis venia p̄sequat. Ad hec em con/ fessio sacramentalis est ordinata. Unde si quis confessiō faciat ppter aliū līnistrū finē intēdendū peccat mortaliter. Ratio aut̄ huius. q̄ generalis regula ē fm̄ Hen/ ricū de Band. in quodlibet. j. q. xxxvij. q̄ q̄cūq̄ vñfaliq̄ p̄ncipaliter ad id ad qd̄ il/ lud nō est ordinatu a deo in quo deu/con/ tēnit peccat mortaliter. Sicut exēpli gra/ tia. Si q̄s p̄ncipali fine ordinaret pdcati/ onē facere ad vanā gloriā vel alia vñfati/ opa ad hīmōi. Bratia hīl̄ aliquid que/ runt de sacra fessiōe.

Primo de intērōe vane glōie.

Secondo de intērōe infamie vitāde.

Tertio de coacta fessiōe.

P̄ma questio. vt̄ hō p̄fites ppter vanā glōiam p̄ncipaliter. vel etiā ppter quecūq̄ malū finē peccat mortaliter. Ad qd̄ ex dictis Rñdetur fm̄ fratre Ange. in lūma. q̄ tal pec-

cat mortaliter. q̄ puerit finē sacramenti. imo nō sacramētu suscipit. q̄ ps̄ essentia/ lis hīl̄ sacramētu q̄ p̄sistit in actu suscipi/ entis ē act̄ intērōe. Unū sine eo nō est sa/ cramentū suscepit. Sicut nō est sacramē/ tu matrimony p̄ractū si q̄s p̄trahēdo nō intēderet nisi in carnalē copulā ad tēpus. Sic in pplo. Unū z hō talis tenet p̄fesiō/ sione iterare in casu q̄ ser. xxxvi. Q. Hec i/ Angelica. Unū si q̄s p̄fites intērōe cuius/ cūq̄ peti: siue ppter superbiā v̄ glorie de/ factis malis: siue ppter auariciā vt eis dē/ tur r̄galia p̄visa sanctitate frequēns p̄fesiōis: siue ppter carnalē familiaritatē con/ trahēti: siue ppter vindictā a deo p̄ h̄ obti/ nedā. et sic de alijs malis intērōib. sp̄ pec/ cat mortaliter. si debet hō intēdere in p̄fesiō/ one finē deb̄tū ordinatū vt siq̄ dictū est.

T Secunda questio. Quid de illo qui nō ppter vanā glōia p̄fiteri: siz isolūmō ne red/ dat notat̄ in pplo. Rñdetur fm̄ fratre An/ gelū in lūma. q̄ si ibi p̄fittus finis p̄ncipa/ liter nō valer. imo tenet itez p̄fiteri. t̄ rūc/ p̄fittus ibi finis p̄ncipaliter q̄s nō mō cō/ fiteret si nō timeret de infamia. sec̄ q̄ nō p̄fittus ibi finis p̄ncipaliter: puta q̄ cōfis/ ter p̄ncipaliter ppter deū vel ppter p̄cēt̄ et re/ missionē. inquit t̄ ad id et pugore vlt̄i/ morez hīmōi. **T**ertia q̄stio. Quid de il/ lis q̄ cogūt p̄fiteri a superiorib. suis vel plā/ tis. Rñdet frater Ange. q̄ idē est dīcedū/ de talib. sic ut dictū ē in prima q̄stioē vīz/ q̄ si talis nullo mō veller p̄fiteri nulli cō/ gregē nō vālet ei p̄fessio coacta. sec̄ si p̄fiter/ ppter deū p̄ncipaliter licet t̄ more coacto.

C Circa tertium de charitate notādū q̄ ad hō v̄ p̄fessio sit meritoria req/ ris. q̄ fari i/ charitate sc̄ dei et p̄imi q̄ scri/ bit Eccl. xvij. A mortuo q̄s inibil perit cō/ fessio: h̄ ē a mortuo. ab hoīe exīstēt line/ vita grē v̄l̄ charitate q̄ ē vita aīe: vt dicit Auḡ. q̄s inibil perit p̄fessio. q̄ nulluz fui/ ctū meritorū vīte etīne p̄cipit. Auḡ. Si/ charitas ha nō adest nō ip̄le p̄cepti s̄ fin/ git. Hec ille. S̄ cōbō signis h̄ cognoscit̄. Rñdet q̄ fr̄o p̄cipuis. Primo. si q̄s non/ coacte vñlūrante p̄fiteri Secundo. si hamo/ re dei facit: sancta intērōe v̄t patuit. Ter/ tio. si oīa dolet et pponit cauere. Sed di. Quid si q̄s nō vñlūrante sua dolere vel re/

Feria. V. post dominicā. III.

linqre. Rūdet fm Alex. de ales. q talis si
2fiteat p̄t h̄ ne statutū ecclie trāsgradiā
nō peccat mortalit̄ in h̄ q 2fite manēs i
ptō mortali. imo h̄a facit satisfaciēdō p̄
cepto ecclie. qd̄ si 2fiteat peccaret de auo
in talis no acqrit ptō p̄ remissiō. nec me
ritūvite cfne. s̄z alia b̄a t̄galiā sic acqrit p̄
q̄cūg bona opa i mortali ptō facta.
Explū ad hec narrat cesari. q in briabā/
tia qdā demō in puella hoīm p̄t̄ oīa nō
2fessa ip̄opabat. tūc vir qdā voluit vide
res̄ timēs ne sua p̄t̄ turpia reuelaret cō
fessus ē sacerdoti volūtate peccādi reūta.
Quē vides demō ait. Amice veni huc ve
ni. certe te b̄a dealbasti. z statū oīa pecca
ta illi. i faciē ip̄operañ. 2fudit illi nimis
coīā hoīb̄. L̄ristis ille in se redijt ad sacer
dotē z vera 2fitione ac p̄posito cauēdi oīa
p̄ta 2fessus ē. z reuelius ad demonez dī
perūt qdā circūstātes demoni. Ecce amī
cus tu⁹ itep̄ venit. Demō r̄ndit. Quis ē?
Ille in quiūt. L̄ui turpia p̄t̄ ip̄ogasti.
Rūdit. Ego isti nihil imp̄opaūneḡ de
lsto alīqd̄ mali scio. z sic illi extimauerunt
demonē mētitū fuisse. Sicq̄ ille p̄ 2fessi
nē verā euāst̄ notā 2fessiōis maxime. O
glancā 2fessiō q̄ p̄t̄ abluis. Rogemus
christū. cc.

Feria quinta post dñicā tertia Sermovi
celimisserti⁹ de 2fessiōis sacre 2ditiōib⁹
fedecum a theologis positis.

Affirmos va
r̄s languorib⁹ ducebāt ad iesū
at ille singulis man⁹ imponens
curabat eos Luc. iii. z in euāgeliō hodiē
erno. In q̄ clare oīd̄ 2fessiōis mysteriū
q̄ dñs iesus miraculoſe tactu manū cu
rabat infirmos. ad significandū q̄ p̄ ma
nuū sacerdotaliū impositionē vel signa
tionē signo crucis. in q̄ cruce xp̄s man⁹ ex
tendēs pep̄edit. sanari debet om̄es lan
guores ptō p̄ 2fientiū z demonia vitio
rū exirēt ab hoīb̄. Gl̄i L̄yrril⁹ ibidē dī.
q̄ xp̄s q̄ solo v̄bo portuit (v̄de) curare. tñ
manu tāgebat. ad significandū q̄ sicuritas
eneū appōstūlū igni. ab igne p̄t̄ calefaci
endi in tāgentes sumit; sic man⁹ xp̄i ynit̄

deitati ab ea p̄t̄ habuerūt sanādū p̄t̄ tu
te diuīa. Sic etiā signū crucis z man⁹ sa
cerdotū in psona xp̄i tāgedō in 2fessione
sanāt alias 2fientiū. O ḡ charissimi orei
mus xp̄z vt rangat z nos vt sanemur z a
demoni p̄t̄ liberemur i cōfessiōe. Hec
L̄yrril⁹ in sentent. z d̄ h̄ in euāngelio. Ju
cta hec de 2fessiōe i q̄ curan̄ languores
aiaz̄ tria mysteria. p̄ h̄ sermōe notabim⁹.
Primū de 2fessiōis q̄lificatiōe.
Secondū de offensiōis dēclaratiōe.
Tertiū de reuelatiōis exēplificatiōe.

ACirca primū de qualificati
one q̄ris. q̄liter 2fessiō sit faciēda vt sit legi
tima z ptō p̄ remissiōa. Ad qd̄ notandū
q̄ fm̄ theologos cōiter in. iii. vi. xvii. tra
duſiū sedecim 2ditiōes q̄s deservit̄ esa
tra confessio q̄ p̄t̄ h̄is v̄slb̄. Sit sim
plex h̄ūlis 2fessiō pura fidelis. Atq̄ fre
quēs nuda discreta libēs verecūda. Inte
gra secreta lachrymabil⁹ accelerata. For
tis z accusans z sit parere pata. Has Ri
chard. in. iii. vi. xvii. arti. iii. q. vi. exponit
sic. Sit simplex. i. v̄ nihil admisceat qd̄ n̄
facit ad p̄t̄ quātitatē. i. exp̄mēda. Hu
milius. s̄z tā in v̄bo q̄ in signo. Pura. i. re
cta inēctōe facta z no mala. Fidelis. i. yes
ra vt nil de falsitate admisceat. Frequēs;
s̄z q̄ frequēter 2fiteri est valde v̄ile. Nu
da. i. nō obuoluta verboz̄ obscuritate.
Discreta. s. vt maiora cū maiori grauitatē
dicat. Libens. i. nō necessitate coactiōis;
z libera volūtate. Verecūda ḡ nō cuī ia
citatia dicat. Integra. s. vt nullū p̄t̄m̄ re
tineat q̄ 2fiteat. Secreta. i. non publica.
Lachrymabilis. s. ex dolore cordis. Acce
lerata. ne nimis differat de die in die. For
tis ne verecūda vīc⁹ dimittat aliquō pec
catū 2fiteri. Accusans. s. seip̄m̄ nō alios.
Parere pata. s̄z ad obediēt̄ confessoris
Sed di. Nūquid iste 2fitiones om̄es sunt
de necessitate 2fessiōis. Rūdet fm̄ Rich.
sup̄ concodit̄ L̄bo. q̄ non om̄es sed que
dā requirunt ad 2fessiōez de necessitate.
quēdā aut̄ eaz̄ sūt de agruitate. z de hoc
clar⁹ dicim⁹ in lequentib⁹. O ḡ h̄o disce
bene 2fiteri vt merearis vīta eternā.
BCirca secundū de offensi
one 2fessiōis notādū p̄t̄ uicta p̄missas cō

dictiones requisitas ad confessionem possunt ponit
multi modi quibus potest offendere et pecca-
re in confessione. Primo contra simplicitatem pec-
cat quod culpam levitatem et alios incusando. si
imponendo diabolu vel sine complexiois fra-
gilitate vel falso. sicut fecit ad ea et tales
les peccant grauitate. Tunc Aug. li. de venia
et falsa penitentia dicit. Non vellet homo se ex-
cusare ne augent crimen ut adam. cui non
succedit peccasse. sed ampliabat crimen cul-
pado uxori et culpam transferens in deum. Non
itaque peccates dicam. Non potui aliud nisi
si ut furare vel raperem. quod deinceps fecit me pau-
perem. Nec mur et fornicatio sum. quod nature
fragilis creatura. fragilitas mea cogit me
multa peccata committere. Errat qui sic fallitur na-
tura enim taliter est ut possit quicunque resistere malo
si vellet. Hec Aug. Iii. idem Aug. li. omelias. omelias. iij. dicit. quoniam confessio multi dia-
bolus accusantur. si dicitur eis. Quare hoc feci-
stis. Rident quia diabolus fecit ut hunc face-
rem. Non est enim plus gaudeat diabolus nisi
quoniam homo hoc dicit. diabolus fecit ut peccare
et sic non se accusat. et dum peccata sua dissi-
mulat postea in indulgentia non meref acci-
pere. Diabolus enim inuidet potest cogere ovis
non potest. Hec ille. Heu heu quoniam multi
sic peccant. principes coniugati in alterius ruris
rero quidem culpam di. Coniugium nabi non ser-
uat fiduciam et debitu. ergo nec ego sibi seruo.
Illi iracundi dicit. Ille mihi contumia dicit. er-
go et ego sibi. Sed tu bone christiane confite-
ris tuis simpliciter accusan. te ipsum ut re-
nia tibi detur.

L Secundo contra humilitatem peccat quod lugubrio et pompositate
se tenet. Proinde queritur. utrum ad confessionem
one requiratur gemitus genitiflexo. capite disco-
perto et humero. Rident frater ange. et non
requirunt de necessitate sed de gravitate et
bene esse. Nam cordis humilitatem requirit
deus potius. xiiij. q. v. Si quid. Tamen humili-
tate de corpore meremur. ideo debemus hu-
miliari coram sacerdote tenete in confessione
cum deo ut docet Bonaventura. Et illud. Ecce
viii. Presbytro humiliat animam tuam. **T**ertio
de puritate peccat quod si recta intentio perfite-
do. sed per vanaglia et humeros. de hoc sermo-
ne predicti. **Q**uarto contra fidelitatem ut ve-
ritate peccat in certeudo ut patuit ser. procede-
ti. Quito frequenter peccat nimis ne-

gligendo; presentum si ad minus semel in an-
no quod non confiteat peccatum mortaliter. de pe-
titione. **O**ctavo contra nuditatem apertiorum
peccatum quod obscuris vestibus obvolumendo ita
quod confessor plene non intelligat. et talis con-
fessio non valet. Proverbi. xxvii. Sicut nullum
medicamentum valerius vulneri. sediu ferri
infixum non educit. sic nulla operatio valet quod
diu peccatum in confessione celat. **D**ecimo
Si. Quid de turpibus peccatis que horret homo
aperte dicere. Rident frater ange. et con-
fites debet quidem loqui de peccatis per verba
pudica et cum honestate quantum potest dicens
cum sufficienter exprimat factum. ut confessor iteret
ligat quale sit peccatum illud. Sed quid in
illo qui dum confiteat sacerdos iterum obdormit.
aut eum non intelligit. Rident idem frater
ange. et scilicet tali confessio tenet iterato
confiteri peccatum si est mortale. et sacerdos de-
bet eidem dicere. Ratio quod confessio impo-
rat peccatum revelationem quod non potest fieri nisi co-
fessor dicitur confitebitur peccatum. quod deficiente
non est confessio. secus de peccato veniali. **S**ed
primo contra discretionem peccatum generaliter
solus peccatum fatidico nec in speciale experimen-
to: puta di. Ego sum magnum peccatum
in obitu capitalibus peccatis. vel in oia di cuncta
peccata et humeros. Nam non sufficit sed optet perfec-
tio de singulis mortalibus in specie eius specialissima.
et singulari iuxta gravitatem ponderantur. ut lati-
us patet ser. xxi. **H** Octauo de libertate
postea peccatum coactum et non aliter postea volen-
do ut in liberum ser. procedenti. **I** patitur. **N**ono
pecuniarum postea peccatum quod non per seipsum sed per alium
vel per scriptum confessionem faciendo per ruborem vi-
tando. **L**ottra tales Aug. dicit. Per vos pec-
castis per vos erubescatis. Erubescit enim
maria per seipsum factis. **D**eicio de integri-
tate peccatum confessionem dividendo. si aliquis
peccatum vni. alia alteri postredo. quod est mortale.
et teneat iterare totum. **E**ndecies de se-
cretu peccatum quod postea confessio revelando. quod est
mortale. quod est charitatem perdit et infamat seip-
sum. Denique aliquis incaute publicat penitentias suis
in confessione iniunctam per quam denocet de peccato
guilty. et tales peccatum etiam guilty. quod Aug. xij. q.
i. c. volo di. Duo sunt nobis necessaria: scilicet et fa-
ma. Erudel est quod famam negligit. precepsit
reuelatio. confessio peccatum super oia guilty.

Feria. VI. post dominicā. III.

Duo decimo p̄tra lachrymabilitatē pec-
car internas lachrymas p̄tritōis vel attri-
tiōis nō curādo vel respuedo. Lachryme
aut̄ exteriores nō sūt necessarie s̄z de bñ eē
z patet sūp̄ de p̄tritōis. Tredicimo ī ac-
celerationē peccat nimis tardādo, z p̄ser/
tim in casu mortis p̄ficeri nolēdo eādā/
bile. Quarto decimō fortitudinē peccat
q̄s verecūdie cedēdo z nō p̄ficerō. Deci-
mo quinto ī accusatiōis sui peccar altera ifa/
mādo z in criminē nominādo q̄d ē ī cha-
ritatē, ideo mortale. Decimosecundo ī vlti-
mū peccat q̄s in licet, z rōnabilē p̄cept̄.
P̄fessio nō obediēdo q̄d est mortale fm
Scotū. Hec breviter tacita hic sufficiant.
q̄ lat̄ de plerisq; istoz agem⁹ i seqntib.

Circa tertium de reuelatio-
nis exēplo amore breuitatis sufficiat pone-
re h̄ vnu exēpli, q̄d scribit in speculo exē-
plo z dī. it. ca. clviiij. Quidā inq̄ fili⁹ pro
suo p̄ie tā aī defūcto. xxij. anis q̄dī spe-
cialiter orauit. Lui tādē pat̄ ap̄guit dī, se
in magnis penis for̄e, q̄d fili⁹ interrogā-
uit, tille r̄ndit se nō eē dānatū s̄z in purga-
torio a q̄ nō posse liberari donec satissimā.
Ad quez
fili⁹ ait. Tot annis orauit p̄ tecur nō plūt
tibi ōzōnes mee. R̄ndit p̄. q̄s p̄ tantū
ips in p̄ctō mortali fusti. Lui fili⁹. Quō
h̄: cū singulis anis p̄fessus cōicauit. R̄ndit
p̄. q̄ indigne sp̄cōcāsti. q̄ p̄tritō tua et
p̄fessio nō fuit p̄a. Tū q̄ nō ex caritate p̄/
cessis: s̄z ex p̄stutidine vel p̄ vitāda p̄fusio-
ne. Tū q̄ distulisti aliquā v̄sc̄ ad ultimāz
septimanā q̄drageſime, z sic de alijs p̄dī
onibz p̄dictis intelligendū. Tū q̄ in nul/
lo te emēdare p̄posuit. Tū tibi de nullū
p̄ctō indulſit tato tge. Ad hec fili⁹ ille cō-
pūctus vere q̄ p̄trit⁹ z q̄ oia rite p̄fessus:
vanitates mūdi spreuit: z tōr̄ deo fueni.
p̄p̄ce orauit z in breui illi de purgatorio
liberauit. Hec ibi. Rogemus xp̄m tc.

Feria sexta post dominicā tertia Sermovi/
ce in uis septimus d̄ p̄fessionis p̄cepto di-
uina lege z naturali obligante.

Spiritus ē de
us: z eos q̄ adorāte ē in spū z p̄l

tate oportet adorare Job. liij. z in euāget
lio hodierno. Verba sūt saluatoris nři q̄/
bus docet nos ad p̄cipua duo. Prio q̄dēz
vt sp̄iales eē studeam⁹. z sic deo nos i sp̄ū
zformem⁹ pure z sancte viuēdo. z carni
desideria non seqndō. Tū Ro. viij. F̄res
sp̄ū debitores sum⁹ nō carni vt fm carnē
vīam⁹. Quicq; em̄ sp̄ū dei agūt̄ hi fili⁹
dei sūt. Prop̄ ea xp̄s dī. Sp̄ū ē dē. q̄
si dī. h̄ q̄d exponit Ōriḡ. ḡ z vos debet
eē sp̄iales vt angeli mūdi z dō zformes.
Scđo docet xp̄s vt in oibz z p̄cipue in cō
fessiōne veraces sim⁹. z sic deū in vīate p̄pi
ana adorem⁹ vt oportet. Tō theophil⁹ su
per hec h̄ba et Ōriḡ. dī. Quia em̄ deus
sp̄ū ē sp̄iales adoratores q̄rit z vīatas
sp̄iales ac oblatōes diligat. Et q̄ vītas ē
dē. ḡ veros orātes z p̄ficien̄ regrit. Et q̄
bus patet q̄ dō diligat sacrificiū cordis vē
ritatē z fidel. amor̄ q̄z diuini ac deuotio/
nis arct̄ ve z fessiōis p̄ctōy. patet in euā
gelio. Tū de sacra z fessiōne p̄ter p̄dicta
tria adhuc mysteria declarem⁹.

Primū d̄ leḡ, naturalis indictiōe vel
co-arratiōe.

Scđom̄ d̄ leḡ, diuinalis iniūctiōe.

Lertiū d̄ legis euāgeliicalis p̄ceptiōe

Existis p̄z vñ ora z istituta ē cōfessiō.

Circa primū de indictiōe
p̄fessiōis p̄ legē nature q̄rit. vt q̄ lex natu/
re a p̄ncipio mūdi obligauit hoies ad pec-
catorū p̄fessionē sub necessitate salutis. Ad
q̄d s̄z theologos ponit p̄ zellūtōe. q̄ a p̄n
cipio mūdi etiā in lege naturali nunq; q̄s
potuit hie remissionē p̄ctū nūli p̄fessiōe sal-
tēmerali. Declarat fm tres doct. s̄l collī
gēdo. s̄l. Bona. z Alex. in. iij. p. et Rich. i
iij. Nā Bona. lucide in. iij. dī. xvij. decla-
rat sic. q̄ p̄fessio p̄ctōz ē duplex. s̄l. mēral et
vocal. Lofessio mēral ē recoḡtio p̄cti z of-
fense dī. ethēc ē de dictamē leḡ nature in
sp̄ali. Nā coḡscere culpā ē d̄ dictamē na-
ture hūane p̄ le fm q̄d ē rōnalis. S̄z coḡ
scere offensaz dī ē d̄ dictamē nature adiu-
te aliq̄ mō p̄ fidē. Quō ā sc̄thō offēdisse
deū quē nō vīd̄ nūli p̄ fidē h̄ coḡscat. Lui
ḡ deū coḡscit h̄o p̄ p̄uaricatione in hono/
rasse natura dictat q̄ ab ipso bo misericor-
dia ē hūliter perēda. z h̄ nūq; ē nūli recoḡ
scat culpa. Vocal aut̄ p̄fessio p̄cti fieri du-

pliciter. Uno mō deo. Alio mō hōi. Tō
caliter p̄fiteri deo nō dicitur natura sūm
pliciter: s̄ in casu qn̄ deo exegit. Si c̄ exem
pli grā qn̄ exegit ab adā t̄ a cayn Ben. iij.
di. Adā vbi es. Elbi glo. di. C̄lerba sūt
vocat̄s t̄ ad penitētiā ac p̄fessionē indu
cer. Itē Ben. iij. dixit dñs ad cayn. vbi
é abel frater tu? De qb̄ de pe. di. i. c. vo
lūsſent. h. Denic̄. scrib̄. q̄ nemine sine
p̄fessione a p̄co mūdari ab ip̄i² h̄ianī ge
neris p̄ncipio inq̄t sumam̄ exordiuz. feq̄
p̄co trāsgressiōis p̄mi pentes corrupti a
deo sūt req̄slit de culpa ut p̄fitero deleret
Layn qz de culpa fratricid̄i req̄slit p̄ctim
sup̄b̄ p̄fiteri noluit. s̄ medacit̄ deū fallere
conat̄ di. Nūqd custos fratr̄ mei sū ego
Ideo indign⁹ venia iudicat̄ e. Significat̄
q̄ eos q̄ p̄ctim nō p̄fiteri, misericordias
dei nō merent̄. Hec ibi in sentētiā breuia
ta. t̄ sic p̄tz. S̄ vocaliter p̄fiteri hōi non
erat necesse in lege nature f̄z Alex. s. co q̄
de⁹ nō dū erat fact̄ hō. Lñ Bonaria. dic
q̄ vocaliter p̄fiteri hōi licet nō dicitur na
tura in speciali: s̄c̄ dicitur in sp̄ciali honora
re pentes, verūt̄ dicitur in generali. Dū
stat em̄ oib̄ mōis recōciliari oportere do
qb̄ ip̄e statut̄. Ideoq̄ natura dicitur q̄ si
de⁹ arbitr̄ iſtūtuerit in se t̄ p̄ctore q̄ ip̄i
est culpa reuelāda. t̄ ita dicitur in genera
li. Lñ lex nature inducit nos ad p̄fiteriū
obligādo a p̄ncipio t̄ arbītrio a deo cōstu
tuto. i. sacerdoti. Ad hec ex dīc̄ Rich. s.
exēplū. Si q̄s h̄z vuln̄ in corpe i. pte ibo
nesta: natura copellit ut osidat illud medi
co cā inedēdi: licet h̄z verecūdē nimis: si
a fortiori vulnera a ie turpia sūt in p̄fessione
neha medico sp̄uali. i. sacerdoti manifēſta
da. Boeci. i. d. 20. Si opa medicar̄ ex
pectas optet ut vuln̄ detegas. O ḡ hō q̄
nō vis p̄fiteri ecce natura tua t̄ te clamat
ad dānatōs.

B Circa secundū de diuino ius
re q̄ris. vry p̄fessione sit de iure diuino veter
leḡ in iūcta. Rñdet f̄z Sc̄o. i. iij. di. xvij.
q̄. vñica. q̄ sic. t̄ p̄bafrōne triplici f̄z doc.
Primo rōne p̄cepti diuine dilectois.
Sc̄o rōne legalis p̄figuratois.
Certio rōne scripture multiplicitis.
Priō fm̄ Sc̄otū sic. q̄ q̄libet tenet̄ diuino

lure recuperare grāz dī pditā p̄ vñ faciliō
rē t̄ certiorē. t̄ h̄ ex p̄cepro diuino q̄ dī. Dū
liges dñm deū tuu. Alit̄ eiv̄ z̄tenere deū
t̄ p̄priā salutē. S̄ h̄ nō p̄fiteri certi⁹ fa
cili⁹ n̄li p̄ p̄fessiōz. q̄ q̄libet tenet̄ ad p̄fessiō
nē. S̄ di. Quo p̄baſ q̄ hec yia. l. p̄fessiō
nis sit lūme faciliōr t̄ certior: ad recuperan
dā grāz. Rñdet q̄ p̄bat fm̄ eitē Sc̄o. sic
q̄ attrit⁹ p̄fites q̄uis nō habeat actū ta
lē. s̄ tritōis q̄ sufficiat ad meritū. d̄ z̄gruo
t̄ h̄is volūtē suscipiēd̄ sacramētuſ ead̄
clesie t̄ sine obice peti mortal' actualit̄ sibi
facto vel in volūtate iheret̄ recipit nō ex
merito s̄ expacto diuino effectu ist⁹ sacramē
tū in ultimo iſtūtū. platois i. q̄ c̄ vñ hu
ius saefi. t̄ sic p̄z attrit⁹ attritōe q̄ n̄ me
ref remissione peti si p̄fiteri sine obice peti
recipit grāz p̄niale t̄ remissiōe peti nō ex
merito ut dixi. q̄ nō erat. s̄ ex pacto di al
sistēs sacro suo ad effectu illū ſtūre clausū
um. alioq̄ nō apperet quo ſactū ſcm̄ p̄nīcei
ſet ſeda tabula fm̄ Hiero. ſi nūc p̄ ipsuſ
ut ſacrm̄ ē poſt̄ recuperari ſeda grā amīſia.
ſt̄ fm̄ p̄ attritionē diſpoſitiūa t̄ p̄tritōz co
pletuſ. Iſta p̄t̄ Sc̄o. i. iij. di. xiiij. q. vi.
et h̄ idē tenet̄. Lbo. i. iij. q. xl. q. x. t̄ Ben
ri. de Ban. i. q. xxx. **E**x iſt̄ pa
tet q̄ nō ē alia via faciliōr ad inueniēd̄ q̄
tā dei dī p̄ p̄fessionē. q̄ in p̄fessiōnē req̄
rit alio n̄li q̄ hō nō ponat obice grē. qđe
m̄ltō min⁹ q̄ h̄z attritōz q̄ p̄ modū me
ritū d̄ z̄gruo sufficiat ad iuſtificatiōz. Itē
nō ē etiā via certior. q̄ maḡ p̄t̄ hō ee cer
tus q̄ nō ponat obice. l. actualit̄ peccāto
q̄ q̄bēt attritōz. t̄ sic p̄tz. **S**c̄odop̄baſ
q̄ p̄fessiō ſit diuina lege p̄cepta rōne p̄figu
ratōis in lege. ybi ſacerdoti ſaciēda p̄fessiō
t̄ ſacrālis p̄figurata in h̄z ſacerdoti
bus data erat prās discernēdi in lepiā et
nō lepiā. t̄ i ſacrificijs p̄ petis offerēd̄is p̄
ſacerdotes. t̄ sic ope p̄fitebāt petā ſua ho
mies. **C**ertio p̄bafrōne scripture m̄ltipli
cis. q̄ ois scripture tā leḡ. q̄ p̄baſ ſt̄ libo
rū ſapiālū ſt̄ ſtaſ q̄tenet hoiles p̄fiteri. pa
tet intuēti. t̄ vide. ſer. xxx. **S**i q̄ras. Lur
q̄ nō ē exp̄ſie iſtituta p̄fessiō ſacrālis i ve
teri lege: ſi t̄m̄o in figura. Rñdet Boſ
naue. q̄ q̄ p̄fessionē optuit iſtitui p̄p̄t ma
niſtationē peti t̄ p̄pter recōciliationē ſai
ciendā deo t̄ ecclie p̄ arbitru t̄ iudicē me

Sabbato post dominicā. III.

datorē. s. institūtū in dēū z hoīz ut pos-
sit apponere manū in vtrūq. s. dēū ad mi-
sericordiā inclinādor: et p̄ta hoīs redargu-
endo. Talis arbiter autē nō potuit eē q̄us
q̄ dē fact⁹ ēhō q̄ sol⁹ potuit satisfaciēdo
q̄ sanguinē dēū reconciliare petorū: et aucto-
ritatē absolviēdū vtute sue passiōis pcedere
sacerdotib⁹. Tō in sola lege noua cōfessio
sacralis exp̄sse debuit institui q̄ xp̄m dēū.

R Circa tertium de recepto
legis euāgelice ad p̄ficiendū q̄rit. vbi t̄ quā
do xp̄s dñs in euāgelio p̄cepit hoīb⁹ face
re p̄fessiō de p̄cō. Et fīm dēs theologos
maxie Rich. in. iiiij. dī. xvij. r̄ndē. q̄ xp̄s
dñs h̄ p̄cepit ip̄licite et explicite. Hā ip̄lici-
te in figura p̄cepit cū dixit leproso māda-
to Māth. viij. Glāde ostēde te sacerdoti-
bus. S̄ explicite sine figura p̄cepit q̄n dī
scipulis dedit p̄tātē iudicādi p̄scē. Hā pe-
tro dixit Māth. xvj. Tibi dabo claves
regni celoū. qđcūq̄ solueris t̄c. Et tādey
post resurrectione oībus exp̄sse dedit hāc
p̄tātē Jōb. xij. dī. Accipere sp̄mānētū q̄
rū remiserit p̄tātē. S̄ sacerdotēs nō
p̄nt remittere nīl p̄ficiēb⁹ sibi. q̄ cōfessio
p̄cipit. Almīz papa est successor petri. ep̄i
at sūt successores aplōz. Ceteri vō sacer-
dotes sūt successores. lxxij. discipuloz fīm
Sco. et Rich. et alios. Et h̄ idē h̄ in decre-
tis. iiiij. dī. c. In nouo. et plurib⁹. Prōide ec-
clesia sacra canonib⁹ p̄cepit oīb⁹ fidelib⁹ fa-
cere p̄fessiōez de q̄. s. ecclie p̄cepto patetib⁹
ser. xp̄. L. S̄ dī. Amb. de pe. dī. i. circa
p̄ncipiū dī. q̄ petrus doluit et fleuit. q̄ er-
ravit ut hō. nō inueniātū qđ dixerit. glo-
id ēs̄ p̄fessus ē vel cui p̄fiteret cuī dēs a fi-
de recessit. Hec ibi. R̄ndē Rich. s. q̄
mīla sūt facta q̄ nō sūt sc̄pt. Glā ff ange.
dīc nō eē credēdū ap̄pli et ecclia tale iugū
p̄ctosū hoīb⁹ ip̄solūsūtū nīl xp̄s v̄balū
aplū h̄ p̄cepiss. ḡ t̄c. Glā exēplū legiſ in
cronicas mioz q̄ plū qđā clericus phica-
scia p̄dar⁹: s̄z lubuz p̄firmitatē incurrit; a
sōch⁹ moni⁹ v̄ p̄fiteret. vocatū p̄fessorez
frēz mioz repulit ut delpar⁹. vñ fr̄ iste p̄ il-
lo orauit. Et ecce ifirm⁹ v̄dit iuxta lectuz
aptū p̄tētū d̄ q̄ ascēdebat draco ingēs ore
agro sp̄ras flāmā sulphuream vōles ifir-
muz deuorare. Tunc ille timore p̄cessus
oculis in celū leuat; v̄dīt iefū veluti cruci-

affū in aere. s. sanguinē fūdētē. ac p̄dicatē
fratrē v̄dit ad pedes xp̄l oratē v̄t infirmo
misereret. Atī t̄fus. L̄ofiteas z nō nega-
bo veniā (v̄t i euāgelio. s. p̄cepī z p̄mis) Tō
q̄ ad se reuersus mor p̄ dīcto tre mitit:
z plene p̄fessus ē. tandem dī nūtu qualuit z
ordinē mioz itrauit z letē vixit. O ḡ cha-
rissimi p̄fitemini v̄t a crucifīxō detur gra-
tia z veniā Amen.

Sabbato post dñicā tertīa Sermo vi
cesimus octauus lez de p̄fesso. et eligēdo p̄/
p̄lo sacerdote et p̄cōz inquisitiō.

D nec ego te p̄dēnabo: vade et iani
ampli⁹ nōl peccare Jōb. viij. 2. i
euāgelio bōdiero. Siē Aug. dīc. dīs iē/
sus volēs ondēre q̄ venit p̄tōres peniten-
tes saluare: nō p̄dēnare. Tō mulier i quā
in adulterio dēphēlaz adduxerāt iudei ad
ip̄m dixit hec v̄ba. Nec ego te p̄dēnabo.
vade et ampli⁹ nōl peccare. Quib⁹ v̄bis p̄
mo p̄futauit iudeo p̄ malignitatē vōletī
ei cape i fīmōe v̄t accusaret si diceret eā n̄
lapidari debere q̄ legem moysi rāc̄ legis
trāgressōrē. Si at diceret eā lapidāda re-
p̄hēderēt eū dīcere q̄ suā p̄dicatōez d̄ pie-
tate ac misericordia. S̄ xp̄s dñs ondīt l̄cī
ben. in terra q̄ illi ēent maiores p̄tōres z
t̄o incepti ad legi⁹ penā exēqdā v̄tpote ip̄i
poti⁹ digni pena. p̄ p̄ctis. Sc̄do his ver-
bis docuit i mysterio etiā p̄fessorez q̄ ip̄i
iponāt penitētā fīm p̄ditōz p̄tōrē. et p̄tē
z tale poti⁹ misericorditer iniugere curēt q̄
caueat culpa de cetero q̄ penitētē p̄tōrē
rēnimis exasperēt crudeli⁹ et idiscreta p̄s-
nitētā v̄t dīc Chrys. xxv. q. viij. c. Alligāt
Iēz p̄fiteres doc̄ etiā xp̄s oī studio
ri ampli⁹ cauere v̄t p̄tīn themate z euā-
gelio. Exq̄ ḡ in v̄b̄is his mysticēdo cēt cō-
fessor et p̄fites. Idcirco de p̄fiterē et p̄fessō
re simul tria mysteria declarabim⁹ in hoc
sermone.

Primū de eligēdo idoneo p̄fessore
Sc̄dā de req̄redō xp̄io sacerdote
Tertū d̄ in grēdo p̄tō a p̄fiterē p̄tōrē

D Circa primū de eligēdo ido-
neo p̄fessore q̄lē debeat v̄nusq̄s sibi p̄fes-

Sermo

XXVIII

Si est eligere per salutem. Ad quod rindet cōtiter
fīm doc. q̄ q̄liber p̄fiterē debet q̄rere sibi et
eligerē sacerdotē tālē p̄ cōfessōre qui p̄cī/
pue tres p̄dōres videbā habere.

Prima ē sc̄ie vel vīte sanctitas

Secondā dīctio ē scientie claritas

Tertia ē absoluōis p̄fiterē p̄tās

Primo inq̄ in p̄fessōre regrīs vīte vel con-

sc̄ie sc̄itatis vel bonitas. **V**ñ Aug. de pe-

di. i. c. **Q**ui penit. p̄s. dīc. **Q**ui vult

p̄fiteri sacerdoti meliori q̄ p̄ p̄fiteat. **E**t

S. dī. vi. c. **Q**ui vult. idē Aug. dīc. **S**acer-

dos cui offert petōr in nullo coꝝ sit iudicā-

dus q̄ in alto iudicat. **J**udicās em̄ alii o-

eo de q̄ ip̄e ē iudicād̄: leī p̄m p̄dēnat. **H**ec

Aug. Et idē p̄bāt rōne. q̄ fīm Bonauē.

In. iiij. dī. xix. et xcor. dūra. **R**ay. ac. **T**ho.

Sup. iiij. **Q**uicīcīs sacerdos in mortali pec-

cato exīstēs absoluit penitētē vel executoꝝ

aliciū or̄dīs op̄at mortali p̄ccatū: nisi pri-

us peniteat de sua mortali culpa. q̄ confes-

sor nō dīz eē i mortali. **S**z q̄d dī illo q̄ p̄fite-

tur tali p̄fessori qui sc̄it ee in p̄cō mortalī

Rindet fīm doc. p̄cipue frāter Ange. q̄ ad

sdī si sc̄iter iudicat illū mortalī p̄ccatū. **E**t

ī si p̄t hīz alii p̄fessorī dīz alteri p̄fiteri. si

aūt p̄t̄ ē ille audire p̄fessōnes: t̄ ip̄e sacer-

dos nō ē notor̄ nec excōicat̄ vel p̄cīlus

z hīmoi. tali licet p̄fiteri: p̄tētū cū alium.

hīz nō possis. **L**auēt ḡ q̄ p̄fiteri volūt ne

fīat p̄fessor̄ iudices curiosi: **S**z sufficiat eis

q̄ nō videt exp̄stē in illī malā vīta. **A**d hec

exēplū hīz leuāgeliō hōdīerno. vbi p̄ps iū

deis dīcīt. **Q**ui sine p̄cō ē ventrū p̄m̄ iēā

lapidē mittat. **Q**uo doceat vt Aug. vbi s.

c. **Q**ui vult. dīc. q̄ q̄vult alios corrigere p̄

us dīz se mūdare. **I**deocī Grego. i. q. j. ca.

Necessī ē inq̄ vt mūda sit manū q̄ dīlue-

re soīdes curat ne tacta inq̄net. **A** Se

cūdo dīz q̄rere q̄liber p̄fessor̄ hīz sufficie-

tē sc̄ia, ne sibi accidat icidere in souē. nā

teſte xp̄o Matth. xv. **L**et si ceco ducatū

p̄fiter ambo in souē cadūt. **S**ic in p̄posito

Sz q̄ntā sc̄ia debeat habere cōfessōr̄ nē-

cēssario. **R**espondeat fīm sanctū Bonauē.

In. iiij. dī. xvij. et elicit ex ca. Nulli sacerdo-

tū. dī. xxvij. vt ponit frāter Ange. hoc te-

nendū q̄nīs diuersa sup̄ hoc dicta sunt a

diuersis. **E**t dicendū q̄ confessōr̄ tenet ha-

berē salē ad minis scientiā tantā q̄ sc̄iat

discernere in peccatis cōmūbus q̄d vē-

niale et q̄d mortale sit. et q̄sciat ad que pec-

ca sua potestas se potest extēdere. **R**a-

tio. quia alia penitētā p̄ mortali: alia p̄

veniali peccato est imponēda. **E**t si pote-

statē extēderet ad aliq̄d peccati genus ad

q̄d nō posset absoluēt. periculū anime et

sc̄i sibi et cōfiterib⁹. **E**nde homies quē

hoc cognoscūt debent cōsulere discretos

et scientiōs. deniq̄ confessōr̄ non tenet

de singulis que in confessione audiuit de-

terminare si sunt mortalia vel ne. et maxi-

me non debet astētere mortale id de quo

nō est certus ne iñciat laquēs alteri. sed

sufficiat sc̄ire q̄ sunt mortalia illa de quib⁹

est clarum cōmūter. nō autem de quib⁹

sunt varie opinōes. **E**nde optimū est

confessōr̄ vt saltēt sc̄iat dubitare semper

in casib⁹ in quib⁹ non est certus se le-

gisse decisionē, et de nouo studere vel perit-

tos cōsulere. vel si nō potest saltēt cōfidenti

enti dicat q̄ peritos cōsulat̄. nec absolv̄at

ut quantū sua autoritās se extēdit. **H**ec

in Angelica. **S**z quid si quis cō-

fiteri sacerdoti ignaro. **R**espondeat **Z**an-

thon. Florentiū. qđūmodo talis p̄fessor̄

n̄ sit numis iperī excusatā p̄fessor̄ q̄ ip̄e

cōfiteris in tribus casib⁹. **P**rimus quā

do periculū mortis imminet cōfidenti nec

alii cōfessor̄ possit haberi. tunc quilibet

sacerdos potest et debet audire et p̄fiteri effica-

cīa sacramēti ne ea p̄nef. **S**ecundū est q̄nī

cōfiteris ē sufficiētē gitūs: ita q̄ doceat cō-

fessōr̄. **T**ertiū q̄nī p̄fiteris ip̄ū aliter vī-

uit et crebro p̄fiteris qui nō cōsuevit habere

nīs vīcialia. als p̄ter hos casūs mortalū

ter peccat̄ vt ergo p̄fiteri anie expōndet se

ip̄ū et alii. **E**ccl. iiiij. **Q**ui amat periculū:

p̄biri i illo. **T**ertiū debet querere quis

p̄fessor̄ tale q̄ habeat sc̄iz absoluētē p̄tētē

et iste ē p̄p̄ū sacerdos. de q̄ in sequenti.

Dominica. III. quadragesime

Tho. in. iij. dist. xvij. Primi. si talis sacerdos esset excoital vel hereticus aut scismaticus et hmoi. Secos. si sollicitaret ad malum illu q ei pfitere. Terci si pbabiliter videt q sit pius ad reuelandu confessionem. Quar si pcam de q qas cftiteri debet comitum sit ptra illu. In his et sibi in qbu pbabiliter timet cftitens ex pftessione periculū sibi vel sacerdoti iminere; non debet pftiteri sed licentia petita alteri sacerdoti. quā si non dat s. licentia recurrere pot ad suu periorē p licentia, vel pftite alteri si non pot recurrere vel mittere tc. Nec in h trā gredit pceptu ecclie. q pcepta iuris non se extendit ultra vel ptra charitate.

Sed qd dicit aprius sacerdos Rūdet fm Rich. in. iij. dist. xvij. et pcor. theolo. et cano. et summa angelica. Prio papa est ppius sacerdos in tuto mundo. Seco legat in tota sua pnuina. Tertio penitentiarius depurat ab eslē. Quarto archieps vel eps in sua dioceli. Quinto cox vicari generalis epi. Sexto parochial pbit in sua parochia. Septimo oēs hntes licentia ab aliq pdictor. Octavo ex pnulegijs et idulis frates minoies et pdicatores. Nonno excoi pftessione iuris sunt multi de qbus habent in summiū. id est breuitas; amore p transo. Sic etiā in articulo mortis qlibet sacerdos qn non potest ppiu hre pot absol uere. et sic est ppiu sacerdos illu. patr. xxvij q. vij. Si pbit, et c. se. Itaq q pfitet alii cui pdictor. ppiu pfitet.

R Circa tertium de inquirendo a pftiente de pto commiso Notandum qd hoc est valde necessarium ut pftor diligenter inqrat et interroget cftitente: tñ dicitur tene in particulari de carnalibz qrendo pecatū confites addiscat quod an nesciuit.

Questio nancyslaf An homo q sic cōfiteret et respōderet sacerdoti ad interrogatū sa tis faciat pcepto de pftessione. Et respōderet Rodo. q sic cftituz ad ea de qbu interrogatū. Itē sibi satissimacit q rogar pftessor q eu interrogat ut sic sciatur plenū cftitenti. Uerū tamē si talis dimitteret pftiteri potius q ore ppiu pfitere sibi pcam; talis esset dñabilis, qd de singhia et hypocrisi puenit. de pe. di. v. c. i. q Aug. q quidē est peccatum

mortale. Un prudens pftessor qn hoc ppē dit faciat illu rectificare pftiaz et dolerde talu in dispositiō. Hec in angelica. Proin de Aug. de pe. di. vi. Qui vult. dicit. Sa cerdos diligēt inqūitor et subtilis iustigatō sapienter et qsi astute interroget a pto re qd forsan ignorat vel ex verecuidia ve lit occultare. Hec et plura ibidē. **P**ro fū nali g Exemplū legi q qdā habuit dubi tationes de fide eucharistie et sic incarnationis diuine ex p̄gine. Lōfessus est autē cūcā sacerdoti. sed sacerdos negligēt si inqūsio et doctrina eūdē titubantibz re liquit. **D**oru est bō ille et post morte ei de sacerdoti terribili apparuit di. O ma ledicte pftessor tu me p̄didisti. Ve mihi et ve qdāna sum. Si me docuisses diligēter ego salua fuisse in vera fide. Et voluit interficere sacerdotē di. Utere te statū occiderē si pmitteter. s. a xp̄o et p̄gine maria. Et sacerdos vix evanis et pniā egit. hoc ideo forte. qd bē virgini seruierat et si bi supplicauit. Illaqz aia dānata cū magno strepitu et clamore discessit. Rogem ergo christum tc.

Domīca quarta quadragesime in mane Sermo. xxix. scz de obligatione cftitenti. et aliquo p excusatione p impotentia.

Ha trans mare galilee qd est tybe riadis et seqbas eius multitudine magna Joh. vi. et in euāgelio hodierno. Dns Jelius in hoc euāgelio docet nos ad pniā plibi mysterijs. **P**rimo qdem in hoc qd abijt trans mare galilee. et sibi noīat a pnuineia galilee circūiacente. et tyberiadis di. ppter ciuitate adiacente ut dicit Al chuin² q tyberiades appellata fuit eo qd in honore Tyberij cesar erat edificata. **E**t mare hoc fm Bedā est lac magnus longitudinis. xxiij. miliarij. Q. q xp̄s dñs d abijisse ultra hoc mare cum discipulz et magna multitudine sequen, voluit docere q xp̄m dñm seqmū p amaritudinē pnie et qas lacrimaz si volum ad celeste pnuum ubi q xp̄m implebimur satietate om̄is bonorum queñire. Ideoq post trāstū huīma.

ris quiūtū hoc saturitas p̄stuit. Seco docet in hoc q̄nq; panes ordeaceos & pi sces duos multiplicauit. Unū dī. Accepte Jēsus panes & cū grās eḡl̄ser distribuit discubentib;. Et hoc pot̄ poni p̄ alio the mate sermonis. Namirūz q̄ri potest q̄re xp̄s multiplicādo panes nō mutauit sub stantia ut fieret triticei sapidiciū essent or deacei isipidi. Rūndel fm Chrys. ne vide ref deseruire gule. Et etiā ut diceret q̄ in p̄inti vita amara p̄nia debem⁹ anias nr̄as cibare cū pisce. i. passiōe xp̄i recordan. q. s. xp̄s can̄ch p̄scis assat⁹ fuit in veru ligneo crucis: toto sanguine & hūorib; naturalib; effusis arefactus, & sic cibati satiabimur a xp̄o dulcedine & solatōis celestis. Ps. fm multitudinē dolō p̄ meo. s. p̄nialū & solatiōes tue letifica. ani. m. Nā sicut panes isti fm Alb. magnū erāt optimū nō simpli citer sed i specie panū ordeaceo & sic qdā modo amari: in dulcorez saporiis accipieb ant a p̄ise; pinguedie. sic p̄nia amara sa pit in xp̄i passiōis dulci memoria. & de isti vide euāgelij. Itaq; pe p̄niali & confessiōe quā docet xp̄s plurib; mysteriis euāgeliis tria mysteria notem⁹ p̄ hoc sermone.

Primū de confessionis obligatione.
Secundū de obligatiōis hui⁹ excusatōe
Tertiū de verecūdationis supagatione.

S Circa primum de confessiōis obligatiōe querit. Utru oēs hoies hui⁹ mūdi obligant generaliter sub necessitate salutis. & iteri p̄tā sua sacerdoti. Lū em oēs p̄tōres teneant penitēre & confessio est ps p̄ncipalis p̄nia q. s. confessio est de iure diuinō. q̄r̄e non obligant oēs. Et h̄erāt in hoc euāgeliō videt̄ myſtice xp̄s in sinuasse cū tūc ordeaceo pane oēs nō solū bonos pauit sed etiā incredulos q̄ erāt in multitudine illa. Sed & q̄re eis vinum b̄bere nō dedit cū tū illud creare potuit v̄l ex aq̄ mutare sicut in nuptijs fecit. Rūndel aliq̄ d. q̄ tū ppter chrietate vitandā in tanta multitudine. Lū ppter significādū penitentie mysteriū. q̄r̄e dicit ps. vinū letificat cor hoies. & sic tanta mltitudo fecisset dissolutiones leticie & cant⁹ & h̄mōi. q̄ cōtrarianū statui p̄me lacrimabil. Tum etiā quia vinū p̄sertiz in copia sumptū lingua

a loqlā recta impedit, & hoc est cōtra p̄nle mysteriū. q̄r̄ debet loq̄ recte. i. vere i confessiōne p̄tōz. ḡ & r̄. Sed ḡ Ad q̄stionē rūnde tur fm Bonauen. & Rich. in. uij. dist. xvij aliosq; simul colligēdo. q̄ dupliq; obligātur hoies ad & confessionē. Uno mō ex lege & institutiōe p̄maria hoc est diuīa. et sic oēs hoies tā fideles q̄ etiā infideles regulariter tenent& ad & confessionē faciendā sacerdoti xp̄iano. ita q̄ nō cōfites p̄tā mortale cō missum tā ante baptiſtū q̄ postiſi habet at copiā cōfessoris & p̄tā memorā & loqlā ad & confitēdū oīno dānabīs. Et p̄ hoc q̄ noſ luit & iteri speciale pena in inferno habebit. Ratio est. q̄ confiteri sacerdoti est p̄ceptiō dei & xp̄i Iēsi filij dei vt dictum est sermone. xxvij. & ideo oēs obligat. q̄r̄ deus qui habet plenitudinē p̄tā vniuersalit̄ sup oēs hoc p̄ceptum vniuersalit̄ dedit. ḡ oēs tā fideles q̄ infideles tenent& cōfiteri.

Secundo mō obligant hoies ad & confessionē ex institutiōe ecclastica. hoc est: ex p̄cepto ecclie in generali & cilio. Preces p̄nitentiā generale cōsilii. sc̄te ecclie extra de pe. et re. c. oīs. sic. Dis vtriusq; sexus fū delis postq; ad annos discretiōis puenērit: oīa sua solus p̄tā saltē semel in anno si deliter & iteak p̄p̄io sacerdoti. & iniunctas sibi p̄niam. p̄ virtib; studeat ad cōmplere: sc̄piens reuereter ad min⁹ in p̄sta eucha ristie sacra. nisi forte de p̄p̄io sacerdoti cō filio ob aliquā rōnabile cāz ad tps ab hu⁹ iūstīo dī p̄ceptione duxerit abstinentium. Alioq; & viuens ab ingressu ecclie arceat et moriens xp̄iana caret sepultura. Hec ibi. Et cōstum ad hoc p̄ceptū ecclie nō re nē illi q̄ sacram baptiſtū nūc suscepērunt ut sunt pagani. Sed obligant omes q̄ baptiſtati sunt ad & confessionē saltē semel in anno. siue boni xp̄iani sunt siue mali et heretici. Nam vniuersalit̄ ponit p̄ceptum. d. Dis vtriusq; sexus r̄. Qui aut̄ dicit oīs nihil excludit vel excipit fm philosophus. Et patet etiam. xix. distin. c. Si romano⁹ rum. s. Dicendo. cum glo. **R**atio horū est. quia vt Richardus supra dicit. vīcārio christi non fuit potestas directe cōcessiō super illos qui baptiſtū sacramentū non suscepērunt quod est ianua qua traſtur ad eccliam militantem. Ideo infide

Dominica. III. quadragesime

les vel pagani nondum baptissati non obligant p̄cepto ecclie sed tamen modo precepit pro iuris diuini ad confessionem. **L**oꝝ. v. Quid mihi de his q̄ foris sūt. i. extra ecclie. iam iudicare. **L**yra. q̄si dī. nō pertinet ad me. q̄ sunt extra foris ecclie. Nam eos q̄ foris sunt iudicat deus. **H**ec ap̄ls. Precepit autē ecclie et sedis apostolice oēs baptisatio obligant tanq̄ ipsius petri diuina voce firmata dist. ix. Si oēs. ḡ baptisati boni et mali et heretici p̄fiteri obligant saltem semel in anno. q̄i oīb̄ p̄cipit ecclia. **S**i ergo queritur an papa possit dispensare obligacionē hmōi relaxando alicui ne teneat p̄fiteri. Responderet Richar. supra. et 20. **T**ho. q̄ c̄stum ad essentiam p̄t obligat ex vi sacramēti: non potest papa cum aliq̄ dispensare. quia contra ius diuinū vel contra euangelium papa nō potest dispensare. xv. q. i. Sunt qdam. Unde nō potest papa dispensare q̄ aliquis nullatenus tenet p̄fiteri. immo etiā ip̄e papa obligatur p̄fiteri iure diuino et euāgelico. **S**ed q̄stū ad circūstantiā fīm q̄ obligat ex p̄cepto ecclie p̄t cum aliq̄ dispensare sc̄z ut possit diuitius cōfessionē differre. puta ultro annum. **O**rgo quanto periculo stāt q̄ non confitenit duobus aut tribus aut pluribus annis. **O**p̄fima christianoꝝ talium malitia. **V**e ve talibus quia digni sunt dāna/ tione eterna.

A Circa secundum de excusatione ab obligatione hmōi q̄ritur Quales hoies p̄nt excusari ne teneant p̄fiteri in casu huiusmodi. Ad quod notandum est q̄ p̄ generali regula tenet q̄ nemo obligatur ad impossibile. ff. de regu. iu. l. Impossibiliū. Ideoꝝ ab obligatione faciēde confessionis excusant aliqui ex impossibilitate rationabili. Et isti sunt sex generū homines.

Primo pueri nōdum dolicapaces. **S**ecundo amētes et ratōe carentes. **T**ercio mutiloꝝ nō potentes. **Q**uarto idioma nescientes. **Q**uinto sacerdōte h̄e nō valentes. **S**exto innocētes nullū p̄tēnētes. **I**sti vō quibus modis excusentur et quibus non; p̄sequemur de singulis.

Primo inquā pueri nōdum dolicapaces excusant. Ideo in p̄dicta decretali noꝝ tantar addit. postq̄ ad annos discretiōis puenerint z̄c. Sed quis sit iste annus di cōfessionis glo. ibidem. et super c. j. de delictis puerorū dicit. q̄ puer et puerilla septem annos dolicapaces sunt. et sic obligant. et ad p̄fessionem p̄ parentes debent induci. Alij dicunt q̄ nō tenent nisi tpe q̄ sunt dolicapaces ut tenet Rich. et Hostiē. q̄ buiūmodi tēpus discretionis citius acelerat in puer uno q̄ in alio. Ideoꝝ h̄ debent aduertere parentes in illis. quia p̄tēre possunt. **S**icur Exemplū habem⁹ in libro dyalo. de puer q̄nq̄ annos. blasphemante deum. quē demones violenter rapiuerunt. **S**ed quō possit agnoscī puer dolicapax fore Hora fīm Scotū in. iii. dī. xvij. et cōmūniter doc. q̄ q̄ puer facit ista que sequuntur vel aliqd h̄oꝝ: obligat cōfiteri et induci debet a parentib⁹ etiamcōgenito ad confessionē ante septenniū. **P**rimo q̄n puer interrogat et responderet ad interrogations ordinatas ordinate ad p̄positū. ut exempligratia. interrogando qđ est p̄mū qđ secundū sc̄z in digitis v̄l in numeris. velin ludis. et huiusmodi. vel in globulis duzab̄ eo auferunt vel dans plures vel pauciores si p̄cipit et doler fraudari. et si de alijs. **S**ecundo q̄n vadens ad eccliam facit signa discretionis et devotionis discoopiēdo caput et hmōi. **T**ercio q̄n verū recundat de malo alijs videntib⁹. **A**llaz vēdiciū Prover. xx. Ex studiis suis agnoscit puer. **E**t sic patet q̄ parentes debent pueros instruire et ad p̄fiteri inducere etiā et septenniū. si p̄ceperint eos fore dolicapaces. q̄r oēs tales obligant ad cōfessionē als mortaliiter peccant. **O**, si q̄s dicat tales nō posse peccare in carnalib⁹ peccatis. cogite q̄ saltem mendacis: vitupijs et huiusmodi plena est etas pueril. ideo tūtū ē p̄fiteri obere. **E**li etiā q̄p̄is Antho. flo. pte. i. ii. iii. c. viij. dicit. q̄ puer ut in pluribus nō habet vīsum rōnis nūlī circa decem annos. ideoꝝ de necessitate nō obligat antea p̄fiteri sicut nec cōicare. **T**ūtū inquit et laudabile est p̄dicare ut parentes assuefacti p̄fiteri filios septennes et q̄nq̄uenes **H**ec ille. **S**ed amētes excusant a cō-

Fessione. qd nec mereri nec demereri pfit.
